

P R A E F A T I O.

in ea respondi, nec volui discernere, sed precepi ei, ut libros Philosophorum legeret, & in eis, quod à me petierat, indagaret. Ipse vero abiens legit plusquam centum libros, prout invenire potuit: libros videlicet veridicos, secretos nobilium Philosophorum, & in eis quod petijt, non potuit invenire, qui tunc remansit ideo stupefactus & quasi extra mentem positus, etiam per annum continue in ea perscrutando. Ex quo igitur discipulus meus Musa, qui inter Philosophos in gradum & modum sapientia meruerat computari, sic in compositione eius dubitabit, & hoc ei contigit in ea. Qui faciet ignarus vel insipiens rerum naturas non intelligens, neque rerum complexiones cognoscens? Cum autem hoc viderem de meo discipulo praelecto & charissimo, motus pietate & dilectione eiusdem, quin etiam nutu & voluntate divina, edidi hunc meum librum in obitu mea mortis, in quo pratermissi dicere quadam, qua antecessores Philosophi retulerunt in suis libris. Et dixi quadam qua ipsi celaverunt, & nullo modo dicere aut referare in scriptis suis voluerunt.

Et explanavi & exposui quadam, qua ipsi cooperuerunt suis dictis obscuris & figuratis: & vocavi hunc meum librum, Librum Secretorum Alchemia. In quo nominavi quicquid necesse est. Inquisitori huius scientia siue magisterij iuxta linguam eius intellectui convenientem, atq; sensui inquiringentis. Et nominavi in hoc libro quatuor magisteria magis alta & meliora quam sapientes fecerunt. Quorum sunt Elixir unum minerale, & aliud animale; alia vero duo residua sunt mineralia, & non sunt Elixir. Vnum quorum est artificium lavandi, quod vocant corpora: alterum quidem est, facere aurum ex azot & vivo, cuius factura & generatio est secundum generationem siue ordinem generationis in mineris, in corde & in interioribus terra existentibus. Et haec quatuor magisteria atq; artificia explanaverunt sapientes in libris suis de compositione huius magisterij. Sed de eis defuit multum, & de eius operatione noluerunt in libris suis ponere: vel si invenit, non potuit intelligere, & nihil gravius invenit quam illud. Et ideo dicam in hoc libro ipsam, eiusque factum. Qui ergo hunc meum Librum legerit, legat aliquid Geometria, & eius mensuras addiscat, ut clibanorum fabricam recte componat, nec modum eorum excedat, per augmentum vel diminutionem & quantitatem ignium: sciat & modum siue etiam gradum & asis operis. Similiter videat & cognoscat quid sit radix peritus & principium magisterij, & est

Musa artem  
in libris non  
invenit.

Auton is in ch  
autum.

Elixiria tria